



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Opera Mystica V. Ac Mystici Doctoris F. Ioannis A Cruce
Primi Religiosi Discalceati Ordinis B. V. M. De Monte
Carmelo Et Seraphicæ Virginis Theresiæ fidelissimi
coadiutoris**

Juan <de la Cruz>

Coloniæ Agrippinæ, 1639


Elogium IV. Doctoris Francisci Mirauete Auditoris, & Decani Curiae, & Iustitiæ Aragonum Cæsaraugustæ: viri præcipuo spiritu doctrina & pietate insignis, contentum in epistola data ad quandam personam ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-37873

tanquam pretiosissimum thesaurum dono dedi. Scio etiam librorum istorum plurima circumferri exemplaria manuscripta. Ego etiam curavi præfatam Monticulum excari; eumque diuersis personis doctis, & indoctis obtuli; qui ab omnibus plurimifit; tum propter doctrinam quam continet, tum etiam propter sanctitatem Authoris.

ELOGIVM IV.

Doctõris Francisci Mirauete Auditoris, & Decani Curia, & Iustitiæ Aragonum CesarAugusta: viri præcipuo spiritu doctrina & pietate insignis, contentum in epistola data ad quandam personam Religiosam.

 Amdudum exilibus meis precibus indesinenter à Domino suppliciter peto, exaltationem per relationem ab Ecclesia inter Beatos, magni amici sui, & fidelis serui Fratris Ioannis à Cruce, quem licet dum viueret, non cognouerim, libri tamen quos conscripsit ad solatium, lucem, directionemque spiritualium personarum cœlesti doctrina referti, eum toti mundo faciunt innotescere. Qui Authoris sui sanctitatem, excellentes virtutes, spiritus eminentiam, clare & patenter demonstrant, quamque præcellenter in hac vita mortali per orationem, & exercitium mortificationis, ac poenitentia, vnionem cum Deo in gradu transformationis adeptus sit. Exarsit Dei amore; fuit Seraphin carne vestitus. Continetur in prædictis libris doctrina admirabilis, de vijs, ac semitis, quæ nos ad hanc diuinam vnionem, transformationemque obtinendam manuducunt; simul etiam deteguntur obices, & offendicula quæ impediunt consequutionem finis adeo fortunati, & portus tam foelicis: breuius dicam, quantum meo tenui iudicio colligere valeo, maxima illius doctrinæ pars infusa ac reuelata fuit. in magna, vt audio, existimatione sunt libri illi apud personas eruditas & spirituales, in hoc Regno orationi, & internæ recollectioni incumbentes: vnde & multi eos sibi compararant vt ipsorum lectione, ac cœlestibus documentis in via perfectionis proficiant; eadem etiam intentione auide exquiruntur, & experuntur ab alijs.

††† 2

ELO-

B.
Ioannis
à Cruce

Opera
Mystica

NVI
124